Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et deducentes rogabant ut de urbe egrederentur. Hoc cum
aut de urbe introierunt ad illa et cum fratribus q
solati sunt eos et profecti sunt
Cum autem pambulassent amphipolim et
appoloniam venerunt tessalonicen ubi
erat synagoga iudeorum Secundum consuetudinem autem
paulus intrauit ad eos et per sabbata tres disserebat eis de scripturis
adaperiens et insinuans quia oportuit pati et resurgere
a mortuis et quia hic est iesus xpus quem ego annuncio vobis
et quidam ex eis crediderunt et adiuncti sunt paulo et sile et
de colentibus gentilibus cum magna multitudo et mulieres nobiles
non pauce / zelantes autem iudei assumentes de vulgo viros
iniquos malos et turba facta concitauerunt ciuitatem et assistentes
domui iasonis quaerebant eos producere in populum et cum non inuenissent
eos trahebant iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes
quia hii sunt qui orbem concitant et huc venerunt / quos suscepit
iason / et hii omnes contra decretum cesaris faciunt regem alium
dicentes esse ihesum Concitauerunt autem plebem et principes ciuitatis
audientes hec et accepta satisfactione a iasone et ceteris dimi
serunt eos / fratres vero continuo per noctem dimiserunt paulum
et silam in berream / qui cum venissent in synagogam
iudeorum intrauerunt hii autem erant nobiliores eorum qui
sunt tessalonice et qui susceperunt verbum cum omni auditu
cotidie scrutantes scripturas sic se hec ita se habent et
multi quidem crediderunt ex eis quadmodum paulus annun
ciauit et gentilium mulierum honestarum et viri non pauci
cum autem cognouissent in tessalonica iudei quia et hoc
predicatur a paulo verbum dei venerunt illuc commouentes
et turbantes multitudinem Statim quia paulum tunc dimiserunt fratres